

Conchula marina quinquevalves immobiles, et pediculis donata, vulgo Anati fera dicta. Barrel. Ic. 3296. *Conchulae*, wie man einam Stil be-
gabt. Meer-Früchten - *Conchulae*. + habent.

Sunt Testacea marina à quinque testulis formata, quarum duo paria triangulata sunt, et duo latera recta, ac unum incurvatum. Ex parvis maioris et inferioris lateris recto intimo emergit tanquam è basi, aut caliculo floris pediculus crassiusculus subrotundus, rugulosus, et rufescens, qui quilibet marinis quasi quibuscumque adherere solet, ac us immobiliter affigitur. Alterum eius latus quoque rectum est, ac tertium incurvatum. huius parvis lateri incurvato superius insidet par minus testularum cum suo latere recto, et reliquum latus rectum correspondet cum inferioris quoque latere recto externo, quemadmodum ex altera parte incurvatum incurvato etiam imponitur; quae duo latera incurvata, ac sibi invicem è directo dicto modo imposita testula quadam alia, oblonga, angusta, et carinata quasi usque ad apicem obteguntur, et muniantur. Per duo autem reliqua recta latera, et è directo sibi invicem imposita externa Cancellus inclusus pedes suos plumarum ad instar excitarum quasi plumatos foras extendit, et inter illos caput suum valde exiguum abscondit, si ne dubio, ut aquam, vel aerem ad libitum haurire queat. Suspicio, quod pediculus hic forte cauda Cancelli inclusi sit, qua mediante quilibet marinis penetrat, et us firmiter affigitur: propter hunc Conchularum caudatarum pediculum duplex diversis exsurgit earum species, et incurvata. Conchula marina quinquevalvis immobilis, ac pediculo simplici donata minor Cancellifera conchulis singulis pediculo simplici tenuiori, ac breviori insidentibus variegata ex albo, ac obscure caruleo, vulgo: Conchula Anatifera dicta. Barrel. Ic. 3296. *fig. 1.*



Conchula marina quinquevalvis immobilis, ac pediculo simplici donata, vulgo: Conchula Anatifera dicta. Norwegica Venetiis è Navi Norwegica separata. A. Integra cum pediculo. B. Cancellus intus. C. C. Testulae triangulares maiores ex utroque latere exhibitae. D. D. Eadem minores. E. E. Testula angusta carinata, et incurvata, seu calciformis. *valvis minor*

